UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S. Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius nunc primum evulgatus

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

Handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-70477

Visual Library

In hoc Monasterio duas sorores Abbatissas habuit Bilibaldus Pyrckheimer, Patricius Norimbergensis, vir publicis literarum monumentis notus, Sabinam et Euphemiam, quarum illa obijt anno Christi 1529. ista Anno 1547. [illegible] Abbatissae officio post sororem suam Sabinam suscepto, anno Redemptoris ~~152~~ 1530. plurimas aerumnas ob Lutheranismum invalescentem et Monasterio exitium minitantem perpessa, ~~sed~~ constans tamen semper et immota in religiosae vitae et Catholicae fidei professione. Anno salutis 1544. cum suo conventu migravit in Marianstein Monasterium prope Eystadium, Mauricio Episcopo Eystettensi necessaria suppeditante, restituta deinde fuit profligatis a Caesare Carolo V. Schmalcaldici foederis socijs. sed tandem haeresi denuo caput efferente, et via antiqua instituta abolente et [illegible], Monasterium ab ~~Harpyjis~~ Harpyijs direptum atque profanatum est usque ad haec nostra tempora quibus orthodoxa fides, nulla [illegible], cum summo gaudio [illegible]

vidimus.

Stabunt ipsae Bilibaldi Norimbergae in
~~Clarissarum~~ Clarissarum Parthenone duae
sorores Abbatissae, et filiae ~~regimine~~ duae officii
~~ac dignitatis, quae anno post Christum natum~~
~~1550. usque superstes a Senatu~~ Clarissarum
~~Norimbergae notissima erat.~~ Quatuorque sanctimo-
niales istae Noricae, S. Clarae sodales
propter fidem catholicam et monasticae vitae
constantissimam persecutionum calamitates sube-
ierunt, nemo crederet nisi ipsarum Sanctimonialium
epistolae et Apologia ad Senatum Norimber-
gensem inter opera ~~[illegible]~~ Bilibaldina exta-
rent et haereticos modo fraudes, technas
et insidias, modo apertam vim et tyrannidem
ubique clarissime spectandam exponeret. Dicebat Christus
Matth. 12. adversus incredulos et duros
capitones: Regina Austri surget in iudicio cum
generatione ista et condemnabit eam, quia venit
a finibus terrae audire sapientiam Salomonis,
et ecce plusquam Salomon hic. Quanto magis
in iudicio ~~surgent~~ Virgines istae Deo dicatae
surgent contra fratrem et patrem suum Bilibaldum,
et condemnabunt eum, quod tam cito et leviter
~~se se~~ a maiorum suorum orthodoxa fide se se avelli
~~pas~~ permiserit, et ad Lutheri castra transie-
rit.